




Incipit Liber

DE NATVRIS BESTIARVM

Ubi de Magistris
Ciuitatis Fauentiae
doctissime disputatur.

Opus a Laura Dari
compositum

Anno salutis M M octauo, aetatis suae X V I
a Lycaeō Condito uero C C quinto.

PROEMIUM BESTIARII

IN QVO MATERIA HVIVS OPERIS BREVITER EXPONITVR.

BENEVOLO LECTORI LAVRA SALVTEM DICIT



um multa sint quae hominum fata fortunis mutatis miscere possint, ciuitates uastare pingues, gentesque honoratissimae stirpis ab orbe terrarum repente delere, simili modo nobis hodie accidit, quod Silua illustrissima Torricelliana magis magisque, dum tempus fugit, cum omnibus incolis suis ruinat. Iam multa animalia ad squalidas scientificas plagas ducta sunt, iam multa ad tristia sociopedagogica saepta migrauerunt. Mala tempora currunt. Dum Roma in ruinam procumbebat, aureaque sua monumenta, quae aere perenniora dicebantur, concidebant, egregii fuerunt tamen poetae qui Romanorum gesta aeternae super omnes gloriosa posteritati pergratae miserunt. Eodem

modo ad laborem hunc mente, ut Fauentina progenies fasta siluae Apollini Lycaeum sacrae grato animo semper commemoret, qui suauibus huius pulcherrimae siluae deliciis fructi sumus, insistimus. Silua Torricelliana lata et umbrosa, fontibus copiosa, suauibus fructis multisque animalibus uberrima est. Tres Summus Poeta in silua sua feras uidit, nos autem nouem ut Musae fuissent uidimus beluas feroces quas omnes describere, quam diligentius possumus, uolumus. Qua de causa, si tibi opus nostrum nimium rusticum uideatur, narrationis amplitudinem casuumque magnitudinem mira, et nobis nostraeque imperitiae, Beneuole Lector, indulge.



« Incipit liber de naturis bestiarum.
De leonibus et pardis et tigribus, lupis et vulpibus, canibus et
simiis... »

Ex Bestiario Aberdeenense



EVANGELISTA TORRICELLI SUPER ANIMALIS NIGRI CAPVT
AVREAM CAESAREAM CORONAM PONIT

CAPVT PRIMVM BESTIARII idest de Procyone Derisore



aceratense Marca
ortus, cum docilis
mansuetusque uideatur,
Procyon, cuius nomen Derisor
dicitur esse, subdola ratione
adoriri repente potest. Frustra
omnia animantia, quae in
eadem regione, et per eadem
ambulant pascua, curant ne ille
Derisor miseras deuoret
praedas, si aliqua die quisquis
praedator propter aliquid
impedimentum, uidelicet
exempli gratia medicam uel
odontoiatricam inspectionem
matutinam, a uenatione absit.
Dein de ille Procyon non solum
praedas inermes suas torquere
delectatur, uero etiam eas
ridiculis cum epithetis irridere
solet.



Illis quidem prophetica ui inter
miseros « mancatos coltos » fu
turam eorum uitam nuntiat.
Magno ingenio dotatus,
magnoque culturae pondere,
eruditissimus, longe altior
super omnes doctissimos
uiros, si aliquis eum ostet, ne
uictimas suas in tormentis
mittat, Procyon uisu repente
mutat, statimque uim suam
diabolicam auget. Quod uult,
etsi ita difficile, ut fieri non
posse uideatur, semper quauis
facit ratione. Quidem ille
immunitarias habet
defensiones, quas optimas
dicere possumus; nam
Procyon a uenatorio certamine
numquam abest, aut – quod
ualde dolendum est – aberit! Ut
supra diximus, animal hoc,
inter omnes ambiguum, omni
bus circa se mutatis rebus, et
se ipsum quoque mutat, et
mirabile cum uigore super
omnia alia animalia rursus
excellit, ac praedas suas magis
magisque per territ.

CAPVT SECVNDVM BESTIARII idest de Hystrice Laeto



aetus Hystrix quidem urbanum beneque moratum animal est. Media statura, mediaque aetate, uellum nigris rubentibusque intextum habet aculeis quibus, si uictimae suae “**Allora**”, id est latine « tunc », dicunt, uel “**Cio**”, id est « hoc », uero etiam paruulas faciunt uirgulas cum manibus eorum, contra eas miseras utitur. Iucundum tamen habet Hystrix ingenium, cum affabilis comisque sit.

Cum agitat feras, noua adhibet instrumenta, exempli gratia **Potestatem** – **Punctum** in fasciculo **Officii** a Wiligermo Gates, **Fenestrarum** copiosissimo patre, fincto. Instrumenta haec tam sunt noua, ut ille Hystrix quo modo cum eis bene operare saepe nescere possit. Et opportune est Laeto Hystrici animal quoddam nouellum, quod in uenatione, notis nouis instrumentis, ei auxilio magnopere est.



CAPVT TERTIVM BESTIARII idest de Gryllo Sapiente



n media
umbrosissima Silua, inter
ruinas et statuas, et inter
labentia temporis acti
sepulcra, paruum Sapiens
animal uiuit, quod callidum
atque iracundum esse
uidetur. Sunt eo cornicula
pro lixa, et miram habet
iubam, qua eius caput tam
cingitur quam albo decore
exornatur. Sunt eo deinde
paruulae exiles unguiae, et
sagaces oculi alacres. Olim
suum paruulum

pulcherrimum amatissimum
Latibulum, cuius ualde
retinens erat, in summo
conditum monte, colebat.
Sed die tamen funesta,
quoddam Animal Nigrum,
omnium siluarum
ferocissimus rex, auiditate
accensum, hoc pulchrum
Latibulum, Gryllo sub dolo
proelio deuicto, expugnauit
et ferro ignique uastauit.
Qua de causa nostrum
paruulum miserrimum
Gryllum per Loca Auditoria
nunc multo labore uagatur.



CAPVT QVARTVM BESTIARII idest de Chioccia Parthenopea



Chioccia Parthenopea, videlicet Neapolitana, cuius nomen latina lingua "gallinam quae ouum incubat" significat, de famosa pulcherrimaque Neapolis ciuitate uenit ad nostras Gallicas plagas. Est illa formosa et iucunda. Plumaeæ eius mollis brunaëque, et uox calida, blanda

suadensque. Animal sapiens et eruditissimum in gallinarii historia. Praedarum suarum saepe miseretur; nam cardis uesceri praefert, quos difficulter coquere potest. Matutino tempore, sub galli cantum, Locum Romitum, ubi eius est nidus, relinquit et per siluas laeta uolitat.



CAPVT QVINTVM BESTIARII idest de Grue Exornata



xornata quidem
Grus elegans
magnificumque animal est.
Magna statura, nobile
corporis gestu, aureas
habet comas et cutem tam
nitide mireque pictam,
quam multi doctissimi uiri,
flos sapientium, eam cum
Pauone saepe confundunt.

Patria sua sunt Cobalti
Manganesisque planitia
loca, et saepe se in Bromi
stagnis ad uenandum
mergit, ut praedas suas
astute deprehendat. Longis
agilibusque pedibus
praedita, densas habet
plumas et copiosas ; caelos
scrutari, ac naturae
mysteria magna cum
Laetitia indagare amat.



CAPVT SEXTVM BESTIARII idest de Circumsiliente Alauda



n Marca Pisarense nata Alauda est, quae Circumsiliens propter eius alacrem corporis habitum dicitur. Magno ingenio dotata, parua statura, iuuenis cum sit, aureas habet plumas, oculosque intelligentes perspicillis ornatos.

Aequa cum prædis suis, contra eas non saeuit, etsi habet arma prompta ad eas crudeliter interficiendas. Auia ualde fecunda est, mater naque uictimis suis, quas compitans adoritur, etiam uidetur.



CAPVT SEPTIMVM BESTIARII idest Sciuro Morosulo



arva statura,
Sciurus, quod Morosulus
dicitur, comam habet
nigram et lucentem. Ad
modos saltare amat et
saepe praedas suas magno
labore circumsilire iubet.
Captis miseris praedis,

magnis itineribus eas ad
suum amplum latibulum,
Caballeritiam appellatum,
ubi eas ad tenerarum iactu
glandium ludere cogit,
ducit. Morosum est animal
hoc, sed pium valde ; nam,
more antiquo, Amat deum.



CAPVT OCTAVVM BESTIARIUM idest de Formica Britannica



Perfida Albione
exorta, tamen vulgi lingua
magna cum peritia utetur.
Ut nobis cicada docet,
Formica solertissimum
animal est et opera sua
praestat, cum de loco in
locum sine requie ambulet.

Media statura, iuvenile
aetate, fusca est, pedes
alacres celeresque ei sunt.
In ampliis habitat latibulis,
et reverberans Echo tam
aures suas perturbat, ut
Formica praedarum
clamores non audit.



CAPVT NONVM BESTIARII idest de Columbo Glorioso



Columbus Gloriosus nigrum habet uellum et album. Parua statura, ob pinguedinem suam volare unquam non potest. Continuum perpetuumque emittit garrutum, quo aliorum aures animalium obtunduntur. Animo pru-

dente, ad meditandum propensus, tam philosophiam studere, quam deliciores sumere cibos et copiosum uinum perpotare amat. Ideo benignum paternumque animal est hoc, ut Pater a pluribus Columbus nominetur.



Finis



BONO SCRIPTORI
LAVR(E)A DARI
SERTA OPORTET